



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

17. Tres figuræ Syllogisticæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

(b) Quid minus extreum? Natum sub carne minorem,  
Subditus est Matri: pars Deitate Patri.

(c) Quid medium? Patris ac Nati Spiramen amoris,  
Quod nexus reliquis necdit utrumque sibi.

(a) Est terminus qui cum medio in majori sumitur. (b) Qui in minori cum medio sumitur. (c) Est terminus, per quem extrema in conclusione conneduntur.

### S Y M B O L U M 17.

*Tres figure Syllogisticæ. Prima, Secunda, Tertia.*

**T**er geminis Logicus non differit absque figuris,  
Segregat a verâ dogmata falsa fide.

Clavibus his adiuta tribus mens abdita pandit,  
Et tenebris mixtum dissipat omne genus.

Clarescunt artes; naturæ arcana patescunt;  
Ad Triadem penetrans, his referatur, iter.

Sunt quoque tria instrumenta quibus syllogismi imperfecti ad perfectos reducuntur. Item ad demonstrationem tria requiruntur. Primum, genus subjectum. Secundum, affectiones seu propriæ passiones. Tertium, principia. vide plura similia apud Dialecticos.

### S Y M B O L U M 18.

*Tria causarum genera penes Rhetores,  
Demonstrativum, Deliberativum, Iudicinle.*

**R**HETORIS est munus vel tollere laudibus acta,  
Personas, & res; vel cumulare probris.

Virtutum stimulos figit, dat frena malignis,  
Æquâ decernit lege cuique suum.

(a) Ad laudem & cultum Triadis si pectora flectis,  
Dicendi præstans arte magister eris.

(a) Ordo optimus incepisti & sermonis & operis est, a Deo incipere, & in Deum dirigere,  
ut Deo dicam: a te principium tibi desinet. Greg. Nazian. in Apolog.

S Y M -